

* Deut. 2.
25.
Ier. 47. 4.

numquid non Israël ascendere feci de Terra Aegypti: * & Palæstinos de Capadocia, & Syros de Cyrene?

8. Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans, & cónteram illud à facie terræ: verūtamen conterens non cóntrarum domum Iacob, dicit Dominus.

9. Ecce enim mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domum Israël, sicut concutitur triticum in cribro: & non cadet lapillus super terram.

10. In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qui dicunt: Non appropinquabit, & non veniet super nos malum.

* Act. 15.
16.

11. In die illa * fuscitabo tabernaculum David, quod cécidit: & reëdificabo aperturas murorum eius, & ea, quæ

corrúerant, instaurabo: & reëdificabo illud sicut in diebus antiquis.

12. Ut possideant reliquias Idumææ, & omnes nationes, ed quod invocatum sit nomen meum super eos: dicit Dominus faciens hæc.

13. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & comprehendet arator mesforem, & calcator uvæ mittentem semen: * & stillabunt monites dulcedinem, & omnes colles culti erunt.

14. Et convertam captivitatem populi * Ioel. 3.
18.

mei Israël: & ædificabunt civitates deseratas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum earum: & facient hortos, & cōmedent fructus eorum.

15. Et plantabo eos super humum suum: & non evellam eos ultra de terra sua, quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

FER. 4.
QUA T.
TEM P.
SEPTEM-
BRIS.

PROPHETIA ABDIÆ.

Quo tempore scripsit Abdias, parum constat. Hebraeorum quidam hunc esse illum regia domus dispensatorem existimant, qui 3. Reg. 18. centum Prophetas pavit. Hieronymus coevum Oſea, Ioeli, & Amaso facit. Quam sententiam probare videtur Prophetarum ordo, qui est in Hebreis codicibus omnibus. Omnim Prophatarum numero verborum brevissimus est, at gratia mysteriorum cuivis aequalis, ait Hieronymus.

Multa ex huius vaticinio sumptuose Ieremias cap. 49. & Ezech. cap. 25. quia Idumæa, qualia hic prædicuntur, Sennacheribi temporibus, passa est iterum per Nabuchodonosorem. Itaque in re pari, paria usurpantur verba.

CAPUT UNICUM.

Varicinatur exitium adversus Idumeos qui affligeant ac subannabant filios Israël: qui tamen reducti, dominum accipient in eos qui ipsos affixerant.

1. **V**isio Abdiae. Hæc dicit Dominus Deus ad Edom: * Auditum audivimus à Domino, & legatum ad gentes misit: Surgite, & consurgamus adversus eum in prælium.

2. Ecce parvulum dedi te in Gentibus: contemptibilis tu es valde.

3. Superbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum: qui dicis in corde tuo: Quis détrahet me in terram?

4. Si exaltatus fueris ut aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum: indè détraham te, dicit Dominus.

5. Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuisses? nonne furati essent sufficientia sibi? si vindic-

miatores introissent ad te, numquid saltem racemum reliquisti tibi?

6. Quomodo scrutati sunt Esau, investigaverunt abscondita eius?

7. Usque ad terminum emiserunt te: omnes viri fœderis tui illuserunt tibi: invaliderunt adversum te viri pacis tuae: qui cōmedunt tecum, ponent infidias subterte: non est prudentia in eo.

8. * Numquid non in die illa, dicit Dominus, perdam sapientes de Idumæa, & * Ios. 29.
14.

prudentiam de monte Esau?

9. Et timebunt fortis tui à Meridie, ut intereat vir de monte Esau.

10. * Propter interfectionem, & propter iniqitatem in fratrem tuum Iacob, * Gen. 27.
42.

operiet te confusio, & peribis in æternum.

11. In die cum stares adversus eum, quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebant fortē: tu quoque eras quasi unus ex eis.

12. Et non despicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & non lata-

be-

* Ier. 49.
14.

beris super filios Iuda in die perditionis eorum: & non magnificabis os tuum in die angustia.

13. Neque ingredieris portam populi mei in die ruinae eorum: neque despicias & tu in malis eius in die vaſtitatis illius: & non emittaris adversus exercitum eius in die vaſtitatis illius.

14. Neque stabis in exitibus ut interficias eos qui fugerint: & non concludes reliquos eius in die tribulationis.

15. Quoniam iuxta est dies Domini super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi: retributionem tuam convertet in caput tuum.

16. Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum, bibent omnes Gentes iugiter: & bibent, & absorbebunt, & erunt quasi non sint.

17. Et in monte Sion erit salvatio, &

erit sanctus: & possidebit domus Iacob eos qui se possederant.

18. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau sti-
pula: & succendentur in eis, & devora-
bunt eos: & non erunt reliquæ domus
Esau, quia Dominus locutus est.

19. Et hereditabunt hi, qui ad Au-
strum sunt, montem Esau, & qui in cam-
pestribus Philisthiim: & possidebunt re-
gionem Ephraïm, & regionem Samariæ:
& Beniamin possidebit Galaad.

20. Et transmigratio exercitus huius fi-
liorum Israël, omnia loca Chananæorum usque ad Sareptam: & transmigratio Ieru-
alem, quæ in Bosphoro est, possidebit
civitates Austri.

21. Et ascendent salvatores in montem Sion iudicare montem Esau: & erit Do-
mino regnum.

PROPHETIA IONÆ.

IONAM quoque Oſea & Amaso coevum ex Hebraorum autoritate ponit Hieronymus, quod ordo librorum atque temporum ratio suadere videtur. Rex enim Ninives, de quo hic agitur, poruit esse Phul, quem Sardanapali patrem esse putamus, qui postea à Manahem vocatus, vivente adhuc Oſea, cum exercitu venit in terram Israël circa annum Mundi 3233. ante æram Chr. 771. ut ad 4. Reg. 15. annotavimus. Missus autem Niniven videtur Ionas, circa annum Mundi 3197. ante æram Chr. 807. quod celebratum est Iudeorum Iubileum 13. & insignes quoque multi alii propheta claruerunt. Verum antiquior extat eiusdem Ionæ prophetia, 4. Reg. 14. 25. Nam regnante, ut videtur, Ioaſo, cum Israëli à Syris oppreso non esset qui auxiliaretur: ab eius filio Ieroboam, regnum ex eorum potestate vindicandum prædixerat, quod postea egregie præstitit Ieroboam, sceptrum adep-
tus anno M. 3179. ante æram Christi 825.

Erat autem Ionas de Geth-Cepher, 4. Reg. 14. 25. oppido tribus Zabulon, Iosue 19. 13. in Galilæa Gentium, Iosai. 9. 1. Quod obiter notandum adversus Phariseorum illud Iosai. 7. 52. Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta non surgit. Solus ex omnibus Prophetis ad gentes missus, in quo typus Christi fuit, ut etiam in eo quod tertia die ex ventre ceti vivus emersit.

CAPUT PRIMUM.

Ionas à Domino missus ut in Ninive prædicaret, Navigio fugit in Tharsis à facie Domini: quod immittente in navem tempestatem, iactisque sortibus, deprehensus Ionas in mare mittitur, cessaque tempestas.

1. **I**T factum est verbum Domini ad Ionas filium Amathi, dicens:

2. Surge, & vade in Niniven civitatem grandem, & prædicta in ea: quia ascendit malitia eius coram me.

3. Et surrexit Ionas, ut fugeret in Thar-

sis à facie Domini, & descendit in Ioppen, & invenerit navem euntem in Tharsis: & dedit naulum eius, & descendit in eam ut iret cum eis in Tharsis à facie Domini.

4. Dominus autem misit ventum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, & navis periclitabatur cōteri.

5. Et timuerunt nautæ, & clamaverunt viri ad deum suum: & miserunt vasa, quæ erant in navi, in mare, ut alleviaretur ab eis: & Ionas descendit ad interiora navis, & dormiebat sopore gravi.

6. Et accelsit ad eum gubernator, & dixit ei: Quid tu sopore deprimeris? surge, invoca Deum tuum, si forte re-

co-

Cap. 1. Mittuntur sortes.
Cap. 2. Iónas à pise absorptus.

IONAS.

Cap. 2. Evomit Iónam pisci.
Cap. 3. Predicatio eius ad Ninivitas.

cogitet Deus de nobis, & non pereamus.

7. Et dixit vir ad collégam suum: Venite, & mittamus sortes, & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes: & cécidit fors super Iónam.

8. Et dixerunt ad eum: Indica nobis cuius causâ malum istud sit nobis: quod est opus tuum? quæ terra tua? & quod vadis? vel ex quo populo es tu?

9. Et dixit ad eos: Hebræus ego sum, & Dominum Deum celi ego timeo, qui fecit mare & aridam.

10. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: Quid hoc fecisti? (Cognoverunt enim viri quod à facie Domini fugeret, quia indicaverat eis.)

11. Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumescerat.

12. Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos.

13. Et remigabant viri ut revertentur ad aridam, & non valebant: quia mare ibat, & intumescerat super eos.

14. Et clamaverunt ad Dominum, & dixerunt: Quæsumus Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti.

15. Et tulerunt Iónam, & miserunt in mare: & stetit mare à fervore suo.

16. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolaverunt hostias Domino, & voverunt vota.

CAPUT II.

Iónas à ceto quem Dominus preparaverat absorptus, fuit in eo tribus diebus & tribus noctibus, cùmque de ventre eius orasset Dominum, ipius insu in aridam evomitur.

1. **E**t præparavit Dominus piscem grandem ut deglutiret Iónam: * Matth. 12. 40. & erat Iónas in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus.

2. Et oravit Iónas ad Dominum Deum suum de ventre piscis.

3. Et dixit:

* Ps. 119. 1. Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamavi, & exaudiisti vocem meam.

4. Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gúrgites tui, & fluctus tui super me transierunt.

9. Quis

FER. 2.
P O S T
D O M I N .
P A S S I O N .
E P I S T .
Item.
S A B A T O
S A N C T O
P R O P H E -
T I A 10.

5. Et ego dixi: Abiectus sum à confectu oculorum tuorum: verūtam rursus videbo templum sanctum tuum.

6. * Circumdederunt me aquæ usque * Psal. 68. ad animam: abyssus vallavit me, pelagus operuit caput meum.

7. Ad extrema montium descendit: terra vectes concluserunt me in æternum: & sublevabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus.

8. Cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum: ut veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.

9. Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquent.

10. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcumque vovi, reddam pro salute Domino.

11. Et dixit Dominus pisci: & evomuit Iónam in aridam.

CAPUT III.

Rursum missus Iónas ad Ninivitas predictis civitatis subversionem: illis autem ad Deum conversis, & magna pénitentia signa ostenditibus, parcit Dominus civitati.

1. **E**t factum est verbum Domini ad Iónam secundò, dicens:

2. Surge, & vade in Niniven civitatem magnam: & prædicta in ea prædicatio nem, quam ego loquor ad te.

3. Et surrexit Iónas, & abiit in Niniven iuxta verbum Domini: & Ninive erat civitas magna itinere trium dierum.

4. Et coepit Iónas introire in civitatem itinere diei unius: & clamavit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur.

5. * Et crediderunt viri Ninivæ in * Matth. 12. 41. Deum: & prædicaverunt iejunium, & Luca 11. vestiti sunt fassis à maiore usque ad minorem.

6. Et pervenit verbum ad regem Ninive: & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & induitus est sacco, & sedet in cinere.

7. Et clamavit, & dixit in Ninive ex ore regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boves, & pécora non gustent quidquam: nec pascentur, & aquam non bibant.

8. Et operantur fassis homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & convertatur vir à via sua mala, & ab iniuitate, quæ est in manibus eorum.

Cap. 4. Dolet Iónas sermonem eius non esse impletum. IONAS. Cap. 4. Dolet Iónas sermonem eius non esse impletum.

* Jer. 18. 9. * Quis scit si convertatur, & ignorat Deus: & revertatur à furore iræ suæ, & non peribimus?

10. Et vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala: & miserrimus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat ut faceret eis, & non fecit.

CAPUT IV.

Afflitus Iónas quia vaticinum suum adversus Niniven videbat non impleri, mortem optat: verū à Domino corripitur, qui iniustum ipsius indignationem convincit, quod putaret se rectè dolere de arefacta hédera, & tamen noluerit Dominum párcere Ninive civitati maxime, in qua erant plus quā 120000. eorum qui non peccaverant.

1. **E**t afflitus est Iónas afflictione magnâ, & iratus est:

2. & oravit ad Dominum, & dixit: Obscro Domine, numquid non hoc est verbum meum, cùm adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupavi ut fugetur in Tharsis. * scio enim quia tu Deus clemens, & misericors es, patiens,

* Psal. 85. 5. & multæ miserationis, & ignoscens super malitia.

3. Et nunc Domine tolle quæso animam meam à me: quia melior est mihi mors quā vita.

4. Et dixit Dominus: Putasne bene irásceris tu?

5. Et egressus est Iónas de civitate, & sedet contra Orientem civitatis: & fecit sibi umbraculum ibi, & sedebat subter illud in umbra, dōnec videret quid accideret civitati.

6. Et præparavit Dominus Deus héderam, & ascendit super caput Iónæ, ut esset umbra super caput eius, & protegeret eum: laboraverat enim: & latitudo est Iónas super hédera, latitudo magnâ.

7. Et paravit Deus vermem ascensi di luculi in crastinum: & percussit héderam, & exaruit.

8. Et cùm ortus fuisset sol, præcepit Dominus vento calido, & urenti: & percussit sol super caput Iónæ, & astuabat: & petivit anima sua ut moreretur, & dixit: Melius est mihi mori, quā vivere.

9. Et dixit Dominus ad Iónam: Putasne bene irásceris tu super hédera? Et dixit: Bene irásco ego usque ad mortem.

10. Et dixit Dominus: Tu doles super héderam, in qua non laborasti, neque fecisti ut cresceret. quæ sub una nocte nata est, & sub una nocte periit.

11. Et ego non parcam Ninive civitati magnâ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa?

PROPHETIA MICHAÆ.

MICHAÆAS præcedentibus Prophetis etate suppar fuit, ac nominatim Isaïa, cuius nō spiritu, ita & stylo similissimus est. Munus suum obiit sub Ioatham, qui anno Mundi 3246. regnum auspicatus, ante æram Christi 758. & sub duobus sequentibus regibus (simil cum Isaïa & Osée) quorum ultimus Ezechias mortuus est anno Mundi 3306. ante eram Chr. 698.

Invehitur autem in idolatriam, & alia in dñe enata scelerata, tam duarum, quā decem tribuum: unde utrisque excidium & captivitatem, his per Affyrios, illis per Chaldaeos prænuntiat. Tandem tamen letum redditum è Babylonia per Cyrus promittit, & latorem ex serviture peccati, mortis & diaboli per Christum, quem in Bethlehem nasciturum predicit.

CAPUT PRIMUM.

Quo tempore Michaëas prophetaverit: cominatur Samarie & Ierusalem exitium & captivitatem propter idolatriam ipsorum: quos plangit Propheta & ad planctum provocat.

1. **V**erbum Domini, quod factum est ad Michäam Morashithen, in diebus Ioathan, Achaz, & Ezechiae

regum Iuda: quod videt super Samariam, & Ierusalem.

2. * Audite populi omnes, & attendat terra, & plenitudo eius: & sit Dominus * Deut. 32. 1. Isa. 1. 2. Deus vobis in testem, Dominus de templo sancto suo.

3. * Quia ecce Dominus egredietur de * Isa. 26. loco suo: & descendet, & calcabit super 21. exulta terræ.

4. Et consumetur montes subtus eum: Ffff &